

Vg  
5403





DK 47.

49

Vg  
5403

HEROICA FACTA,  
MEGALANDRI ATQVE THEANDRI  
**MART. LUTHERI**

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS  
VERE INCOMPARABILIS,

QVÆ  
ANTE ET POST

**REFORMATIONEM  
RELIGIONIS**

AB ORTU AD OBITUM USQVE PEREGIT

HOC AMOENISSIMO

**JUBILÆI TEMPORE**

CUJUS

ANNUM SEQVENS DISTICHON NERVOSE

INDICAT

NeC Mlhi CaLVInI neC Papæ Verba pLaCebVnt

QVI seqVor hIC VIVaX, Vere LVthere tVa.

IN

**HONOREM DEI ET PERPETUAM HUIUS VIRI  
MEMORIAM**

BREVITER

ADUMBRAT ATQVE DELINEAT

**GEORGIUS BACH, Sch. Lubben. Con-R.**

VITTEMBERGÆ

IMPRIMEBAT JOHANNES LUDOLPHUS FINCELIUS.





\* \* \*

**P**erarduum sane & non mere humanum sed divinum omnino opus suscepisse atque juvante Deo ad finem quoque perduxisse Megalandrum B. Lutherum, dum antiquam doctrinam renovavit, mortalium plane rudis ignarusque fuerit, in dubium vocabit aut penitus inficias ibit. (a) Siquidem ante eum complures fuerunt, qui hoc perdifficile opus non aggressi solum, etiamsi nihil perficere valuerunt, sed de eo quoque quam planissime sunt augurati (b) Quorum in numerum reponendus est, imprimis B. Johannes Hussius Pastor & academix Pragensis Rector meritissimus quando impiam doctrinam Papæ Johannis XXIII. impugnavit; Et nonnulli etiam alii, qui multo ante quædam Pontificiorum errata indicantes refutare non ausi sunt seque ad hoc grave negotium obeundum, minus idoneos judicarunt. (c) Inter hos numeramus Johannem Hiltenum Monachum Franciscanum, utpote qui Ilsenaci enormes quosdam abusus reprehendens de Luthero vaticinatus est, & Andream Prolem, Priorem Augustinianorum Lipsiensem, ut & Johannem Geilerum Argentoratensem Theologum, qui Anno 1510. diem obiit supremum & non de corrupta solum questus est religione sed & venturum quandam prædixit diuinitus excitatum, qui ecclesiam instauraret, optavit etiam diem videre illam & esse discipulus ejus viri (d) Quanquam hi omnes, & quamplurimi alii depravatam religionem permutandi mirabili flagrarunt cupiditate, & lubenti animo errores abrogare studuerunt, ad hoc

- 
- (a) Flacius in catalogo vestrum veritatis.  
(b) Letus in historia Eccl. p. 330.  
(c) Melancthon Lib. II. Epist. n. 65.  
(d) Frecher. Theatr. Vir. erud. P. I. sect. 3. f. 98. 99.

hoc tamen ponderosum opus DEus T. O. M. alium solida eruditio-  
 ne mentisque ac corporis viribus satis instructum atque exornatum  
 destinaverat. Et quemadmodum Mosen minime disertum sed bal-  
 butientem potius ad educendum suum populum captivitate Ægyptia-  
 ca traxit & repugnantem quasi rapuit, & invitum duxit; Ita ad veri-  
 tatem, doctrinæ cælestis instaurandam Megalandrum nostrum Luth-  
 erum ordinavit, animumque vires & virtutes necessarias sufficienter  
 suppeditavit. (e) Egregiam illi dabat ansam Johannes Tezelius, Pir-  
 nensis Misnicus, Monachus Dominicanus & impudentissimus indul-  
 gentiarum venditor, quippe qui totam fere Saxoniam mirum in mo-  
 dum inauditis mediis vexabat, exhauriebat, eique magnum inferebat  
 detrimentum. (f) Pontificiorum equidem nonnulli asserere & evin-  
 cere conantur, Lutherum invidia in Tezelium accensum, quia illi  
 hunc honorem & dignitatem inviderit, contra indulgentias infurre-  
 xisse. (g) Eorum vero alii, ambitionem ad refutandas Papismi abomi-  
 nationes & errores, Lutherum permovisse autumant, suspicantes, eam  
 ob rem eundem, cum Pontifex Romanus ordinem Augustini præte-  
 riens, Dominicanorum Monacho commiserit, ad instaurationem re-  
 ligionis impulsus fuisse. (h) Quod tamen Franciscus Gvicciardinus  
 historicus Florentinus in historia Italiae (quem librum veracem & ab  
 affectibus immunem Lipsius prædicat) aliter interpretatur, aperte &  
 ingenue confitens, maximo in Germania, Saxonia inprimis offen-  
 diculo fuisse Romanæ sedis & Papæ Leonis X. nimis licenter usurpa-  
 tam autoritatem quod sine temporum & locorum discrimine indul-  
 gentias amplissimas per totum fere orbem divulgavit quæ non com-  
 missa modo sed futura etiam condonarent peccata & tam viventibus  
 quam defunctis prodesse. (i) Omisissis aliis arduis causis, quas ob  
 spatii angustiam adducere non licet & in aliis eruditorum scriptis le-  
 gimus. Nihilominus tamen, cum B. Megalander noster hoc opus  
 divinum Anno 1517. aggrediens se Tezelio opponeret, alea felici-  
 ter cecidit. Ab initio quidem Erasmus Roterodamum Papistæ in  
 suas partes pertrahere malebant, ejusque Pontificis nomine pinguis-  
 simum Episcopatum, si Luthero silentium imposuisset, pollicebantur.  
 (k) At responsum illis dedit: Major est Lutherus quam ut in illum  
 scribam. Major est Lutherus, quam ut a me intelligatur. Plane  
 Lutherus tantus est, ut plus erudiar & proficiam ex Lectione unius  
 pagellæ Lutheranæ, quam ex toto Thoma. Ut autem illius heroica  
 facta uno intuitu contemplari queamus, sub omnium oculos quan-  
 dam sciagraphiam illorum, quæ ab ineunte adolescentia ad obitum  
 usque confecit, etiam si Historici inter se dissident, subjiciemus.

ANNO

(e) *Sæckend. Luth. Lib. I. f. 91.*

(f) *Cussemius Saxon. Carb. p. 11.*

(g) *Maimburgius Hist. Luth. Lib. I. Sect. 6.*

(h) *in not. ad polit. lib. I. p. 371. Freber. Part. IV. p. 1444.*

(i) *Höttinger. Dissert. de necess. reform. & Hist. Eccl. sec. XVI.*

(k) *Dannb. in tract. Thearchie Class. 4. §. 27.*

ANNO

1483. **P**atre Johanne & Margaretha Lindemannia piis & honestis parentibus natus.
1497. Cum Joh. Reineckio Magdeburgum est missus & mendicato vivere pane coactus.
1498. Iſenacum celeberrimum tunc ludum literarum abiens studia humaniora aggressus.
1501. Iſenaco relicto Erfordiam veniens in Dialectica & Philosophia informatus.
1503. Etatis anno vigesimo Magisterii philosophici gradu ornatus.
1504. Ad Jurisprudentiam animum applicuit; sed fulmine ab ea deterritus.
1505. Monasterium Augustinianorum, postquam voto se obstrinxerat, ingressus.
1507. Primam celebravit Missam, eiusque officio aliquandiu functus.
1508. Wittebergæ concionavit & Aristotelis Logicam & Physicam est professus.
1510. Ad controversias quasdam componendas conventus nomine Romam missus.
1512. Friderico Electore Saxonie sumtus præbente à Caroloſtadio Theol. Doctor renunciatus.
1513. Psalmos Regis & Prophetæ Davidis enarravit eorumque interpres felix vocatus.
1515. Pauli epistolas ad Romanos & Galatas cum admiratione est interpretatus.
1516. Disputans contra scholasticos Theologos Catechismum clare populo concionatus.
1517. Theses contra indulgentias templo arcis Wittebergenſis affixit & Tezelium aggressus.
1518. Augustæ Cajetano se sistens ad Papam R. & ab hoc ad concilium appellavit invidius.
1519. Lipsiæ disputavit & de indulgentiis, penitentia, S. cœna & Christi passione commentatus.
1520. Multos libros prelo subjecit & Carolum V. rogavit, ut se defenderet, donec vicerit aut esset victus.
1521. Wormatia discedens, à Cæsare proscripius, à Pontifice excommunicatus War-teburgum deductus.
1522. N. T. germanice in eremo redditum, Pentatevchum aliaque scripta edidit & Wittebergam reversus.
1523. Commentaria in utramque epistolam Petri absolvit & evangelium pure docendi potestatem consecutus.
1524. Cucullum sponte sua monasticum deposuit & Wittebergæ primum lingua germanica missam celebravit.
1525. Ordinationem ministrorum in Ecclesiam introduxit & Catharinam, à Robren uxorem duxit.
1526. Spiritus fanaticos perstrinxit, adversus Zwinglium & Caroloſtadium scripsit & P. Jonam exposuit.
1527. Librum adversus Oecolampadium de sensu verborum cœnæ & Psalmos plurimos divulgavit.
1528. Zwinglii acceptam responſionem cum sufficientissima refutatione remisit & Genesin explicavit.
1529. Catechismum majorem & minorem edidit & ob conventum Spiræ celebratum Protestantium nomen ortum.
1530. Coburgi Luthero manente confessio à Melanchtone conscripta Carolo V. est exhibitâ.
1532. Anabaptistis, Sacramentariis restitit & septem Psalmos pœnitentiales, quos vocamus, exposuit.
1533. Magna ei controversia fuit cum Georg. Sax. Duce & tempus docendo, scribendo & commentando transegit.
1534. Sacra Biblia germanica in unum corpus redacta prelo subjicere operam dedit.
1535. Antinomis se opposuit & cum Legato Pontificis Vergerio de religionis negotio varia egit.
1536. Papatum, infestavit & concordiæ formulam inter Lutherum & Bucerum aliosque Melanchton edidit.
1537. In conventu Theologorum Smalkaldiæ articulos proposuit, quos unusquisque illorum approbavit.
1538. Tria symbola œcumenica cum expositione Lutheri prodierunt aliosque tractatus in lucem emisit.
1539. Opus de legitime concessa & voluntati divini non contraria defensione edidit.
1540. Cum Melanchton in lethalem incidisset morbum ad eum profectus omne illi officium præstitit.
1544. Primum in Genesin commentariorum partem & ultimam de S. cœna confessionem absolvit.
1546. In patriam evocatus Islebiæ d. 18. Febr. pie vita defunctus Wittebergæ in arcis templo sepultus.

VD12

ULB Halle 3  
007 234 805







Vg  
5403

SK 47. 49

HEROICA FACTA,  
MEGALANDRI ATQVE THEANDRI  
**MART. LUTHERI**  
SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS  
VERE INCOMPARABILIS,

QVÆ  
ANTE ET POST  
**FORMATIONEM**  
**RELIGIONIS**  
D OBITUM USQVE PEREGIT  
HOC AMOENISSIMO  
**LÆI TEMPORE**  
CUJUS  
QVENS DISTICHON NERVOSE  
INDICAT  
LVInI neC Papæ Verba pLaCebVnt  
or hIC VIVaX, Vere LVthere tVa.  
IN  
**I ET PERPETUAM HUIJUS VIRI**  
**MEMORIAM**  
BREVITER  
DUMBRAT ATQVE DELINEAT  
**S BACH, Sch. Lubben. Con - R.**

VITTEMBERGÆ

JOHANNES LUDOLPHUS FINGELIUS.

